

considerarunt, quod nisi apponeretur sequester, facile apponeretur via fraudibus, contra mentem & verba dictæ constitutionis in versiculo, nos ad quorum. *ibi*, personis minus dignis, &c.) nec colligitur fuisse appellatum à secunda sententia lata in curia, quæ omnia cessant in casu nostro, in quo præsumptio viget manifestè pro electione Ordinarij, adest eadem ratio exequendi, & sententia reuocatoria non potest haberi in aliqua consideratione, tanquam extincta præsentaneo statu per appellationem, & ita conclusum vtraque parte informata. Hæcenus de decisione, quam vt elegantem inferere volui, quia continet plures doctrinas cõcernentes materiam huius capituli, licet eam viderim post hæc scripta.

## CAPVT V.

A sententia, seu compulsione, quam facit Ordinarius Ecclesiasticus Rectori, vel Parochianis in contributione pro constructione Ecclesiæ dirutæ, seu etiam à sententia, qua iussit, nouam aliquam Ecclesiam Parochialem ædificari, eò quod aliqui Parochiani non possunt, vel propter locorum distantiam, vel aquarum inundationem, aliãve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpositæ non deferens vim faciat,

## SVMMARIVM.

Ecclesia diruta & collapsa debet reparari & reedificari ex redditibus sua fabricæ. *num. 1.*  
Fabricam si Ecclesia diruta non habeat, clerici eiusdem tenentur contribuere pro reedificatione ex redditibus, qui sibi supersint deducto necessario. *n. 2.*  
Parochiani contribuere tenentur in Ecclesia collapsa reedificationem, si Clerici redditus, qui supersunt, non sufficiant. *n. 3.*  
Parochiani non possunt renuciare administrationi, & perceptioni Sacramentorum, vt à contributione hac excusentur. *n. 4.*  
Expenditur text. in cap. decernimus 10. quest. 1. *num. 5.*  
Expenditur in proposito l. 1. tit. 1. p. 1. *ibidem.*  
Beneficiati tenentur non solum ad fabricam, sed etiam ad alia ornamenta, sine quibus diuinum officium celebrari nequit, sed etiã ad alia paramenta necessaria ad diuinum cultum. *num. 6.*

Fabrica deficiente, vel non sufficiente, beneficiati deducta congrua tenentur ad reparationem, & Episcopi, commendatarij, & alij interesse habentes in fructibus eiusdem Ecclesiæ, quibus minimè sufficientibus Parochiani tenentur ad contributionem. *n. 7.*

Regis & eius Cõsiliij supremi iussu, an possint capere, & pigorare bona Ecclesiastica, sine decimas contribuere tenentium ad huiusmodi Ecclesiæ reparationem tanquam Concilij Tridentini executoris. *n. 8.*

Parochiani in subsidium tenentur ad contributionem reficienda Ecclesiæ diruta, sicut Clerici tenentur ad opera publica communia omnibus, pontes, & fontes, &c. *n. 9.*

Clerici an tenentur contribuere pro operibus publicis & communibus. *ibidem & sub n. 10.*

Parochiani tenentur pro oneribus Ecclesiæ, puta, si reconciliatione egeat. *n. 10.*

Parochiani quando in subsidium tenentur contribuere pro necessitate Ecclesiæ, tam nobiles, quam plebei indistinctè coguntur, vbi de ratione. *n. 11.*

Redditus Clericorum vbi non supersunt ad reparationem Ecclesiæ, potest expendi pecunia publica vniuersitatis, & in subsidium, collectari vicinos. *n. 12.*

In reparatione Ecclesiæ & quis ad eam teneatur contribuere, attenditur primus consuetudo, & obseruantia. *n. 13.*

Contribuere coguntur, qui tenentur ad Ecclesiæ refectionem appellatione non obstante. *n. 14.*

Patroni Ecclesiæ fructuum eius participes tenentur ad reparationis contributionem. *ibidem.*

Concilij Trident. sess. 2. 1. de reformatione c. 7. expenditur. *ibidem.*

Contradictio vbi est remota, appellatio etiam remota intelligitur. *n. 15. & 45.*

Intellectus ad Concilium Trident. d. sess. 2. 1. de reformat. c. 7. *n. 16.*

Ordinarius potest exemptos compellere ad Ecclesiæ reparationem appellatione & inhibitione non obstantibus. *n. 18.*

Concilij Trid. sess. 2. 1. de reform. c. 8. verba expenduntur. *ibidem.*

Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 8. refertur dispositio. *ibidem.*

Clerici quorumlibet beneficiorum simplicium tenentur (deficiente fabrica) ad Ecclesiæ reparationem, & non alij. *n. 19.*

Ecclesiæ non Parochiales vbi collapsæ sint, & deficiat, qui contribuat, an & quando radicitus erunt destruenda. *n. 20.*

Ecclesia simplex diruta (deficiente fabrica) seu beneficiato, aut his adhuc non sufficientibus, an petenda sit elemosyna in populo & inter vicinos circumvicinos, maxime si Ecclesia maxima sit deuotionis. *n. 21.*

Eremitoria destructa tempore Clerici, ex qua plures fructus

fructus & prouentus percepisse apparet, an eius heredes ad reparationem sint compellendi, casus de factis refertur. *n. 22.*

Clerici simplicis Ecclesiæ quando tenentur ad reparationem coguntur appellatione non obstante iuxta Concil. Trid. *n. 23.*

Determinatio vna reficiens plura determinabilia, debet pariformiter determinare. *n. 24.*

Heredes Clerici quando ad reparationem tenentur, coguntur non obstante appellatione, quia qualitas obligationis ex persona heredis non mutatur. *n. 25.*

Ecclesia simplex diruta omni destituta remedio ad refectionem, quomodo cum omnibus oneribus, & emolumentis sit ad matricem transferenda. *n. 26.*

Et quid & quando Ecclesia Parochialis collapsa est, & non sit vnde reparatur, ad quam Ecclesiam sit transferenda, cum quibus qualitatibus, & conditionibus iuxta Concil. Trident. & congregat. Cardin. *n. 27.* & quando ipsa Ecclesia est profananda, & de alijs vide *ibidem.*

Matrix Ecclesiæ, ad quam simplex diruta erit facienda translatio, dicitur Ecclesia Parochialis. *n. 28.*

Matrix Ecclesiæ, vt Parochialis transferatur, erit Ecclesia Cathedralis. *ibidem.*

De translationis Ecclesiæ diruta materia, qui videndi sunt. *n. 29.*

Translatio hæc an sit vnio, vel Ecclesiæ distincta, & an ordinarius ita profanata Ecclesiæ lapides, & trabes possit vendere, & quæ ex his ædificia constitui possint, & de alijs vide *remissiuè. n. 30.*

Parochialem nouam fieri quando iussit Ordinarius, an possit ad id compellere non obstante appellatione. *n. 31.*

Causa quæ sufficiens sit, vt noua Parochialis construat. *n. 32. & n. 34. remissiuè.*

Concil. Trid. sess. 2. 1. de reformat. c. 4. expenditur. *ibidem.*

Populo ita numerofo, vt Rector non possit sufficere sacramentis, vel cultui diuino ministrandis, potest ipse Rector, vel alius ad quem pertinet sufficientes sacerdotes sibi adinungere. *n. 33.*  
c. ad Audientiam de Ecclesiis edificandis renouatur per Trid. sess. 2. 1. de reform. c. 4. *n. 34.*

Sententia qua ex iusta causa & à iure approbata ordinarius inuitis etiam Rectoribus nouam Parochialem erigi, declarat, exequitur (appellatione non obstante). *n. 35.*

Concil. Trid. sess. 2. 1. c. 4. decretum cum sit ius nouum editum in confirmationem c. ad audientiam, de Ecclesiis edificandis debet recipere omnes ampliationes, & limitationes illius. *n. 36.*

Parochus proficiens Ecclesiæ nouiter constructæ, debet institui ad presentationem Rectoris prime, & de ratione. *n. 37.*

Patronum si habeat prima Ecclesia simul & ille Salgado de protect. Reg. Tom. II.

cum Rectore debet, nouiter constructæ presentare. *n. 38.*

Termini Parochiales si inter antiquam Parochialem & nouam Ecclesiã non diuidantur, an decimæ prædiales sint diuidenda, vel qua emolumenta noua Ecclesiã debeat percipere. *n. 39.*

Rectori nouiter edificata Ecclesiã qua portio assignari debet per Episcopum, & vnde deducenda iuxta nouiter per Trid. disposita. *n. 40.*

Concil. Trid. sess. 2. 4. de reformatione dispositio expenditur. *n. 41.*

Portionis assignatio, & Clerici institutio & presentatio ad nouam Ecclesiam fieri debet appellatione, & contradictione, non obstante. *n. 42.*  
Congruæ assignatione Rectori facta non admittitur appellatio suspensua. *n. 43.*

Prouisio Rectoris Parochialis non suspenditur per appellationem subsecutam. *n. 44.*

l. Partite verba *ibi* (aunque lo contradigan, &c.) ponderantur. *n. 45.*

Reedificans, vel reparans Ecclesiam dirutam an acquirat ius patro. & an illud acquirat ex constructione si funditus diruta sit, illud amittat, & quid quando simul dotauit. *n. 46. remissiuè.*

Construens Ecclesiam an in reparatione & reedificatione sit alijs præferendus. *n. 47. remissiuè.*

Capella, vel Ecclesiã construenda ex precepto restatoris intra quod tempus sit edificanda. *n. 48. remissiuè.*

Beneficij ob fructuum diminutionem an facienda sit suppressio, extinctio, aut vnio per Episcopum cum Capituli consensu. *n. 49. remissiuè.*

**H**ic est satis difficultati iure Canonico succursum, & pro prioris partis satisfactione, illam esse attendendam Abbatis distinctionem: Ecclesiam dirutã collapsam, & ruinofam debere reparari, ac reedificari ex redditibus suæ fabricæ, & si non habeat fabricam, seu minus sufficientem, quod clerici illius Ecclesiæ contribuant, ex eo quod eis supererit (deducto necessario), et si nihil supererit eis, vel quod supererit, non sufficiat: ad dictam reedificationem debent vitimò compelli Parochiani eiusdem Ecclesiæ; vt contribuant ratione sacramentorum, quæ in ea recipiunt, sibi que ministrantur, & diuinarum officiorum, quæ ibi audiunt, quibus non poterunt renuciare dicentes, se ab hinc nolle vt dicta Ecclesiã, quam opinionem ad distinctionem Abb. sequitur vt veram Gregor. Lopez in l. 1. tit. 10. p. 1. gl. sacando onde. Francif. de Ripa 1. & secundo responso, de Ecclesiis edificandis. vbi Abb. num. 2. Paul de Citadi. tractatu de iur. patro. 5. art. princ. versic. secundo intelligo. sub num. 173. Berouius cons. 3. num. 22. Ripa cons. 6. num. 3. Capella Tholof. c. 2. decis.



decis. 499. optimè Ioan. Hiero. Campan. *diuers. iur. cano. rubr. 12. c. 13. sub num. 19. fol. 72. 5.* vbi quòd clerici beneficiati non tenentur nisi in excessu suæ legitimæ congruæ.

Ad quam vt certam reducendâ esse glossam in c. quatuor 12. q. 2. in fin. dicentem laicos non esse compellendos ad reparationem fabricæ, sed tantum clericos, & Hostiensem in *summa de Ecclesijs adific. n. 2. c. 3.* dicentem, clericos nisi de consuetudine, de iure tamen non teneri ad reparationem Ecclesiæ, & opinatur Ioan. Gutier. in *allegatio. 10. sub n. 1. ad fin.* & idem sequendo Abbatem dicit Zerola in *praxi Episcop. 1. p. verbo visitatio. ad 6. dub. 9.* quod si ob inopiam Ecclesiæ, & beneficiati non possit parochialis reparari; parochiani sunt compellendi, nec propter hoc possent vsui Parochiæ renuntiare.

5 Et de clerico beneficiato vt ad id teneatur, probat text. in c. decernimus 10. q. 1. vbi dicitur: & si qua fortè basilicâ fuerit reperta destituta, ordinatori eius reparari, præcipiatur. text. in c. fin. 16. q. 1. & vtrouique gl. text. in c. 1. de Ecclesijs adific. c. de his. eod. tit. l. 1. tit. 10. p. 1. vbi dicitur: que la yglesia se ha de reparar por el Prelado y clerigos della, y no bastando la dicha renta el beneficiado dela tal yglesia es obligado a gastar lo que faltare, segun la renta, que tubiere, sacando lo que vbiere menester. Auiles in *capitibus Prætorum c. 2. in gl. den. orden. n. 1. fol. 199.* hanc etiam quæstionem tangit Cepola de *seruis. vrb. prædia. 59. c. n. 2.* vbi nihil resoluit, sed tantum refert loca ordinaria.

6 Qui beneficiati non solum tenentur ad fabricam, sed etiam ad ornamenta, calices, pluuiaria, & alia quæcunque paramenta; ea, non tantum sine quibus diuina officia celebrari nequeunt, at & illa quoque necessaria, ad cultum diuinum, secundum solemnitatem, & varietatem dierum; scripsit Barbas. *conf. 26. lib. 3.* Petrus Surd. *conf. 62. n. 5.* Cauca. *decis. Fibizana sub n. 24. p. 2.* Ioan. Hiero. Campanil. *diuers. iur. cano. rubr. 12. c. 13. sub n. 19. fol. 72. 5.* & idem in *decis. 84.*

7 Et quòd si Ecclesia Parochialis non habet fabricam, vel, non sufficientem, beneficiati teneantur deducta congrua Episcopi, commendatarij, seu alie personæ interesse habentes in decimis, & redditibus Ecclesiæ, quibus minime sufficientibus Parochiani contribuant, comprobatur optimè Bobadilla in *polit. lib. 2. c. 18. n. 135. c. lib. 3. c. 5.* Aufter. *ad Capel. Tholos. decis. 500.* Decius *conf. 118. n. 5. vers. 3. principaliter.* Cauca. *decis. 22. n. 2. 3. c. 24. p. 2.* Guigas *conf. 117.* Ioan. Nicol. Delphiat. *de iur. patr. lib. 2. ex n. 128.* Sarmien. in *defensio. de reddit. Eccles. 1. p. monito. 41. n. 5.* & videndus Nauarr. in apologia contra ipsum ibidem q. 1. monito. 82. n. 8. & de *spolij. §. 1. n. 3.*

& §. 10. n. 7. vers. 4. Michael Thenoch. *de visitat. Eccles. lib. 2. in 6.* Rebuff. in *respons. 135. per totum.* Petrus Cened. in *collecta. ad decreta. c. 153. n. 1. c. 2.*

Imò hoc casu posse iussu Regis tanquam 8 Concilij Tridentini executoris, & Regij eius consilij capi, sequestrari, aut pignorari hæc bona Ecclesiastica, siue decimas, ad huiusmodi Parochialis reparationem faciendam, affirmat Bobadilla *d. lib. 2. c. 18. n. 135.* vbi de praxi etiam testatur.

De laicis verò Parochianis, vt in subsidium teneantur ad huius reparationis contributionem, ratio vltra dictam dicitur, nam si clerici in opera publica, & pia, quæ sunt communia omnibus, prout est refectio murorum, viarum, fontium, & pontium, tenentur ad contributionem per l. ad instructionem C. de sacros. Ecclesijs lib. 11. c. 12. tit. 3. lib. 1. noue *recopi. lib. 54. tit. 6. p. 1. c. 120. tit. 32. p. 3.* & vtrouique Gregor. Lopez, Petrus Dueñas in *regul. 100. limit. 16.* Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. *ordina. latissimè Auiles vbi supra d. c. 2. 3. preto. in gl. den. orden. per totam.* Mincha lib. 1. *controuer. vsu freq. c. 6. num. 4.* ergo pariter, & à fortiori Parochiani laici tenentur cōtribuere in refectioem, quandoquidem est causa pia, publica, & omnibus communis, ac necessaria. quo argumento vsus est Gutierrez in *allegatioe 10. n. 2.* cuius quidem licet consequentia verissima sit (vt superius diximus, & dicemus) Lamberti. *tract. de iure patro. art. 13. q. 2. prin. lib. 3. n. 8.* Ioan. Hieron. Campanil. *diuers. iur. cano. rubr. 12. c. 13. n. 18.* qui loquuntur de Parochianis: vt contribuere teneantur pro oneribus Ecclesiæ; scilicet: si reconciliatio, aut reparatione indigeat: antecedens tamen difficultatem patitur, vt est videre ex his, quæ Nicol. Garcia de *benef. 1. p. c. 3. à n. 11.* vide tamen. alios plures pro Gutier. sequèdo refert Bobadilla in *polit. lib. 2. c. 18. n. 304.* à qua contributione quando laici ad eam tenentur: omnes quidè indistinctè, nempe, tam nobiles, quam plebei; cum ad eam teneantur obligatione Parochianorum, operis publici communis, concernentisque omnium vtilitatem, & necessitatem, vt per Auenda. *lib. 2. de exequen. mand. Regijs c. 14. n. 9.* & magis in specie ipsum Auen. *ibi lib. 1. c. 10. n. 29.* Barbo. in *remis. ad Tri. sess. 21. c. 7. n. 4.* Cenedus in *collect. ad decretal. 153. n. 2.* Bobadilla in *polit. d. c. 18. n. 135.* ad fin. probat Gutier. *vbi supra n. 5. c. 6.* vbi etiam dicitur: quòd quando non supersunt redditus clericorum ad reedificationem Ecclesiæ, potest expendi pecunia publica vniuersitatis, & ea deficiente debet perueniri ad collectam inter vicinos. quod est notabile, & ego iam practica ita feci.

Hæc

13 Hæc tamen, quæ diximus, beneficiatum, & Parochianos in subsidium teneri ad reparationem Ecclesiæ; fallunt, vbi contradicit consuetudo, & obseruantia, qua apparet ad alterum spectare hæc onera, quia cum quæritur: quis teneatur, Ecclesiam reparare, seu ad eius reparationem contribuere: primitus inspicitur, & attenditur obseruantia, & quid hætenus consueuerit. Ita docent Innocenti. in c. si. de his que sunt à mai. par. cap. Paul. de Citadinis in *tract. de iure patro. art. 5. principaliter vers. secundo intelligo. sub num. 173.* Berouius *conf. 3. num. 1. lib. 1.* Arehidi. in c. quatuor 12. *quest. 2. ille Præpositus num. 3.* Ioseph. Ludovic. *conf. 38. illatione 135.* & defendit Abb. quem refertur sequitur Ioan. Hieron. Campanil. *diuers. iur. cano. rubr. 12. cap. 13. sub num. 19. post prin. fol. 72. 5.*

14 Hæc suppositi: vt nostra principalis intentio clarius deducatur; an scilicet ab huiusmodi compulsionem, & sententia in contributione pro reedificanda Ecclesia diruta; appellationi interposita non deferens vim faciat ordinarius in qua sacrum sanctum Concilij Tridentini decretum inuenio *sess. 21. de reformatione cap. 7.* omnes difficultates dirimens disponendo: Valde curandum esse, ne ea quæ sacris ministerijs dedicata sunt, temporum iniuria obsolescant, & ex hominum memoria excedant, procurent Episcopi, parochiales Ecclesias, etiam si iuris patronatus sint: ita collapsas refici, & instaurari, ex fructibus, & proventibus quibuscumque, ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes Patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes, percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod & fulcitur etiam ex illo verbo (contradictione remota, &c.) quo vtitur Concilium, per quod censi, appellationem esse prohibitam, probat post Philip. Franc. Decium, & alios Lancelo. de *attentat. 2. p. cap. 12. limit. 8. num. 1.* Hieron. Gonzal. in *regul. de alternati. gl. 9. in auuota. num. 218.* de quo latius videre poteris 2. p. cap. 8. ad finem, præcipue à n. 107. vbi plures citauit.

15 Quod Tridentini decretum circa obligationem reparandi Ecclesiam quatenus dicit, ex fructibus, & proventibus Ecclesiæ patronos, & alios teneri ad expensas, in subsidium intelligo (salua correctione matris Ecclesiæ) prout ius commune scilicet, deducto necessario ad suam sustentationem, vt possit Ecclesiæ aptius seruire, & ita etiam intelligit Ioannes Gutier. *d. allegatioe 10. num. 7. ad si. qui etiam eiusdem Tridentini cap. 7. sess. 21. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.*

meminit ibi, tenet etiam Barbo. in *remiss. ad d. cap. 7. num. 3.* affirmat Sarmient. de *redd. Eccles. 1. p. monit. 82. num. 3.* Cened. in *collect. ad decretal. 153. ad medium.*

Pariter & ex eo videtur; Episcopum vim non facere haud deferentem appellationi interpositæ à sententia, seu compulsionem huiusmodi, cum sibi permittat ea non obstante, nec contradictione, aut exemptione prædicta faciant, & cogant clericos, patronos, aut parochianos. & idem disponit Tri. *sess. 21. de reformatione cap. 8.* loquendo etiam in beneficijs, tam secularibus, quam regularibus, & etiam exemptis, vt singulis annis visitentur, & curent Episcopi congruentibus remedijs, etiam per sequestrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut restauracione, reficiantur appellationibus quibuscumque, & eorum iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus, &c. idem quod cap. 8. etiam decreuit idem Tri. in *sess. 7. de reformatione cap. 8.* vt ordinarij opportunis remedijs prouideant: vt Ecclesiæ, quæ reparatione indigent, reparentur appellationibus, priuilegijs, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præscriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus exclusis.

Hæc tamen, quæ diximus, clericum in 19 parochialis diruta reparationem teneri: intelligendum, & extendendum est ad quolibet beneficiatos, beneficiorum simplicium, in quibus reedificatio compellendi sunt, non alij, ita tenent Abb. in c. 1. num. 3. de *Ecclesijs adific.* Ioan. Gutier. Valasco *consul. 179. num. 13.* Nauar. de *spol. clericorum §. 8. num. 11. versiculo secundo.* Ioan. Gutier. *allegatioe 10. sub n. 1.* Zerola in *praxi episcop. 1. p. verbo visitatio §. 6. dubio 9.* & probat l. 1. tit. 10. p. 1. & facit quòd congregatio Concilij censuit *super d. cap. 7. sess. 21. de reformatione in principio,* dum loquitur de reedificatione Ecclesiæ non curatæ, & beneficij simplicis super illis verbis (ob eorum inopiam, &c.) ita inquit: Si populus nolit Ecclesiam, quæ minatur ruina, instaurari: debet penitus destrui, &c. & sic sequitur, quòd populus non tenetur reedificare Ecclesiam non curatam, si nolit, secus parochialem in subsidium, ad quòd tunc de necessitate, non de voluntate tenentur, & ad id modis omnibus compelluntur ex supradictis Tridentini decretis. Sed tunc quando dicta Ecclesia non curata diruta, vel collapsa sit, deficiente fabrica, vel beneficiato, seu his adhuc non sufficientibus, de licentia ordinarij petatur elemosyna per populum, & vicinos circumuicinos, maxime in Ecclesijs deuotionis, vt ita se vidisse



diffe semel affirmat Gutierrez supra num. 8. vbi etiam superius num. 7. ad fin. dixit, se vidisse licentiam agitari, cuius expensis deberet edificari quædam eremitoria illius diocesis Placenti. quæ erant destructa tempore cuiusdam clerici, & tamen eo defuncto, directo libello à defensore pariarum causarum illius Episcopatus, contra bona dicti defuncti, & eius hæredes fuisse condemnatos: vt soluerint quantitatem necessariam ad eorum reparationem, constiit, quod defunctus plures redditus, & fructus percepisset ex ipsis eremitoriis. quam sententiam iustissimam reputo ex iam dicta doctrina.

23 Quapropter beneficiatus simplicis Ecclesie condemnatus ad impensas pro reedificatione, & reparatione Ecclesie diruta, compellendus est pariter etiam non obstante ab eo emissâ appellatione. nec ei delationem ordinarius denegans, violentiam faciet ex identitate rationis, quæ in vtroque casu viget, & probat Concilium Tridentin. d. cap. 8. sess. 21. quod dum disponit circa refectionem, & reparationem Ecclesie, tam curata, quam non curata, permittit compulsionem, & exemptionem, appellatione non obstare, & sic de vtroque casu censuisse, certissimum est; quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, illa debet pariformiter determinare, *liam hoc iure, ff. de vulgari.* & per consequens etiam in compulsionem hæredis condemnati, iuxta terminos casus per Gutierrez. relati, quia qualitas obligationis ex persona hæredis non mutatur, l. 2. §. ex his ff. de verborum obligat. & contra eos pariter, ac contra defunctum obligatū recte exæcurio procedit, l. ex contractu ff. de re iudic. & ibi omnes, & ex pluribus aliis latè Parla. lib. 2. verum quod id. c. fin. 4. p. §. 1. in princ.

26 Hæc tamen, quæ hucusque diximus, procedunt: quando Ecclesia diruta, vel ex eius redditibus, seu fabrica, vel ex beneficiari prouentibus, vel in subsidium ex collecta, & reparatione Parochianorum, vel in simplici, & non curata ex elemosynis refici, & reedificari potest: at quando omnes nimia egestate laborant, & ob eorum inopiam nequit instaurari, quid esse faciendum, disponit sacrum Tridentini decretum in d. cap. 7. sess. 21. vt si sint beneficia simplicia, & iurispatronatus, Ecclesias, quæ vetustate, vel aliis collapsæ sunt, vocatis iis, quorum interest, Episcopus, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegatus, transferre potest in Ecclesias matricem, aut alias Ecclesias locorū eorundem, seu vicinorum arbitrio suo, atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria, vel capellas, sub eisdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria, vel capellas transferant, cum omnibus

emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis, & ad Ecclesias Parochiales etiam iurispatronatus, & pariter extendit Trid. ibi in versic. Parochiales verò. ibi, quod si nimia egestate omnes laborent, ad matricem seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quam alias Ecclesias dirutas in profanos vsus, non fordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi, &c.) Zerola in praxi Episcop. verbo visitatio §. 6. versic. nouum dubium 1. p. & declaratio sanctæ congregationis super eodem cap. 7. à princ. & super illis verbis (quod si nimia egestate omnes laborent, &c.) dicit, quod Ecclesia diruta paruulorum reddituum potest, ex sententia cōgregationis, in profanos vsus, non tamen fordidos (erecta tamen ibi cruce) conuerti, & transferri ad matricem, seu viciniores Ecclesias, vbi erigendum est altare, sub eadem inuocatione imposito oneri titulari; vt curet ibi celebrare singulis hebdomadis per sacerdotem idoneum cōmitteritum ita profanandum, & deinde ossa transferenda esse ad nouum cœmeterium, quod à titulari construat in eo loco, quo magis placuerit populo. Et eadem congregatio super versiculo (ad matricem seu viciniores, &c.) dicit in hæc: Quod quando Ecclesia diruitur, onus Missarum ad matricem Ecclesiam trāsferendum est, & in ea expensis possidentis Ecclesiam dirutam: altare erigendum sub nomine diruta. ) Et eadem super versiculo (in profanos vsus, non fordidos) dicit: Quod ordinarius non debet sine causa profanare capellas, & si aliquam profanandi causam habeat, eorum cœmenta potius attribuenda esse Ecclesie, quæ est caput dictarum capellarum, quam altera.)

Et aduerte, quod matrix Ecclesia, ad 28 quam hæc translatio facienda est, intelligitur de Parochiali, scilicet; respectu capellarum, & aliarum inferiorum simplicium, sub illius districtu existentium, quia earum respectu Parochialis dicitur matrix, ad eamque facienda est translatio prædicta, text. in cap. ad audientiam. 1. de Ecclesiis edific. text. gloss. & Abb. in cap. venerabili de verborum signific. idem Zerol. in d. clem. 1. num. 3. & 4. de sententia excommunic. Zerol. in praxi Episcop. verbo, Ecclesia matrix. respectu autem Parochialium Cathedralis Ecclesia matrix est, & ad eam translatio est facienda.

Et de Ecclesiarum translatione facienda, 29 quando necessitas id exigat, vide Rebuffum in praxi de benefic. tit. de vnio gl. 1. n. 8. Mandos. regul. 21. cancellar. q. 7. & 8. Boët. decis. 345. Perusi. de vnione c. 4. num. 11. Zerola in praxi Episc. verbo visitatio §. 9. pag. 345. Frater Emanuel Rodrig. quest. regul. tom. 1. q. 43. art. 13. Bobadill.

Bobadill. in polit. lib. 3. c. 5. n. 34. plures Doctores refert Cenedus in collect. ad decret. al. 153.

Et de pluribus aliis huic attingentibus, 30 an ista translatio dicatur vnio, & incorporatio, vel remaneat Ecclesia distincta, cum retineat inuocationes easdem, introitus, emolumenta, & onera distincta, ab alia in quam transfertur. Et ad hoc vt in ea translatione tanquam vnio possit ordinarius tanquam delegatus Sedis Apostolicæ se intromittere, & reuideri iuxta dispositionem Trid. sess. 7. de reform. cap. 6. vide Zerolam in d. praxi ver. visitatio. 1. p. §. 6. dubio. 10. & an ordinarius lapides, ligna, trabes, & alia huiusmodi Ecclesie diruta, & collapsæ, & profanata ab eo possit vendere, vide Nauar. de spoli. §. 18. n. 10. vers. 3. & num. 1. vers. 2. Iff. in l. 2. num. 16. vide de iure Emphyteutico Zerolam vbi proximè, dub. 9. & declarationis Cardinalium sup. d. cap. 7. & quibus vendi possunt, & quæ ex eis opera construi, & effici possunt, vide c. ligna Ecclesia, de consecratione d. 1. & ibi gl. c. ex antiquis 54. d. c. quæ semel 19. quest. 3. optima lib. 8. tit. 10. p. 1. vbi Gregor. & Montal.

Circa inspectionem autem eius, quod secundo loco posuimus huius capituli, an à sententia, qua ordinarius Ecclesiasticus iussit, nouam aliquam Ecclesiam parochialem edificari, aliqua urgente necessitate à iure approbata, interposita appellationi non defrens vim faciat; arbitror supponendum nonnullas esse à iure iustas, & legitimas causas assignatas, & ob quas quidem ordinarius Ecclesiasticus licet potest (inuitis Parochis) nouas construere Ecclesias. text. in c. ad audientiam el prim. de Ecclesiis edific. ibi, Quia 32 quod villa H tantum perhibetur ab Ecclesia Parochiali distare: vt tempore hiemali; cum pluuia inundant, non possint parochiani sine magna difficultate, ipsam adire, vnde non valent congruo tempore Ecclesiasticis officii interesse. quia igitur dicta Ecclesia, ita dicitur redditibus abundare: quod præter illius villæ prouentus, minister illius conuenienter valeat, sustentationem habere, mandamus, quatenus si res ita se habeat, Ecclesiam ibi edificet, & in ea sacerdotem, &c.) Hanc decretalem expressè confirmat Sacrum Concilium Trid. sess. 21. de reformatione c. 4. quo dicitur, quod (Episcopi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel Baptistmalibus, in quibus populus ita numerosus sit, vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo: cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda.)

(In his verò in quibus ob locorum distantiam, siue difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda, accedere non possunt; nouas Parochias, etiam inuitis Rectoribus, iuxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit, ad audientiam, constituere possunt.) Idem etiam disponit (vbi alias rationes nouas conficiendi Parochias refert) text. in c. cum tribus, de consecratio. d. 1. vbi glossa in Ecclesiis 16. quest. 7. c. antepenult. eadem causa & q. c. felix c. multis c. precipimus de consecratione d. 1. c. temporis qualitas 16. quest. 1. l. 9. & l. 7. & 8. tit. 10. p. 1. Ab in c. 2. num. 7. de decimis. Gregor. Lopez in d. l. 7. idem Gregorius facit etiam l. 13. tit. 5. p. 1. vbi Gregor. gl. 6. Zerol. in praxi Episcopali 1. p. verbo Parochia §. 6.

Igitur si Episcopus aliqua ex his rationibus, causisque iustissimis motus, construi faciat nouam Ecclesiam: non faciet violentiam, si appellationi ab hac recta sententia interposita, non detulerit, quia caret suspensiuo effectu. text. est in d. c. ad audientiam, ibi, sublato appellationis obstaculo, &c.) & iterum ibi ad finem: appellationis cessante diffugio, &c.) & in Trid. ibi; nec huiusmodi ordinationes & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus, &c.)

Quod quando ita clarè non disposuisset, 36 tacite in eo debebat subintelligi, cum sit ius nouum editum in confirmationem, & approbationem d. c. ad audientiam, cuius ampliationes, & limitationes accipere debet, iuxta l. sciendum, iuncta gl. ibi. vbi communiter notant Doctores ff. qui satisd. cogant. & in l. 3. c. de silentarijs lib. 12. verbo decurionibus. communiter approbata, & in l. hac consultissima in prin. gl. 3. c. qui testam. facere possunt. Bart. in l. sed & si posteriores, & ibi Ioannes Orofius num. 12. ff. de legib. & in l. 1. num. 33. de consuet. Principum, post Iff. ibi num. 16. Mencha de successio. creat. §. 3. num. 10. Couar. in rubr. de testa. 2. p. num. 19. Mexia in l. Regia Toleti. in 6. funda. 2. par. num. 18. cum seqq. Gutier. practi. questio. ciuil. lib. 4. quest. 1. num. 4. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 13. p. 6. gl. 9.

Huic tamen Ecclesie nouiter erectæ, nouus etiam sacerdos præficiendus est ab Episcopo, ad præsentationem Rectoris, & patroni construentis (siquis est.) nam ex quo illi competens assignatur portio arbitrio ordinarij, vel ex fructibus ad Ecclesiam matricem, quomodocumque pertinentibus, vt dicit Concilium Trid. in d. cap. 4. vers. in illis autem, & d. c. ad audientiam ibi, Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur, redditibus abun-



38 dare: quod præter illius villæ prouentus, minister illius conuenienter valeat, sustentationem habere, &c. d. l. 9. tit. 10. p. 1. iustum visum fuit, pro tanti damni compensatione, illi attribuat ius præsentandi, vt per text. in d. c. ad audientiam. ibi, ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris assensu, instituas, ad sustentationem suam eiusdem villæ obuentiones Ecclesiasticas percepturum, &c. vbi gl. verbo Rectoris, rationem huius iuris præsentandi reddit, & ibi etiam Doctores, & elegantem etiam assignat d. l. 9. p. ad medium, ibi, el menofcabo que recuiesse la primera, por los parrochianos, que le menguan, otorga el derecho, que los clerigos della puedan presentar al Obispo, el que vbiere de poner en la yglesia segunda, e otorgales ainde mas deïto, que aian en ella alguna renta en manera de censo por conocimiento de maioría, e de belá señalar el Obispo, segun que viene, que montan las otras rentas de la segunda yglesia, &c. Idem hoc vltimum probatur in d. c. ad audientiam.

39 Quibus adde, quòd huic nouo sacerdoti non applicentur decimæ prædiales Parochianorum illius nouæ Ecclesiæ: sed dumtaxat primitiua obuentiones, hoc est: oblationes & decimæ personales, quæ dantur diebus festiuis, & mortuaria, seu pro eis legata in testamento. ita tenent Doctores in d. c. ad audientiam, vbi eleganter gl. verbo obuentiones. clarius d. l. 9. p. vers. como quier que agruamiento. quod procedit, quando nõ diuiditur Parochia. at quando diuiduntur termini Parochiæ antiquæ, diuidentur etiam termini prædiales, & tunc debebuntur decimæ prædiales nouæ Ecclesiæ de prædiis suæ Parochiæ. vt per Abb. in d. c. ad audientiam. super gl. in verbo obuentiones. tenet Gregor. Lopez in d. l. 9. gl. 7. quem etiam vide gl. 6.

40 Et ideo sanctissimè prouidit Concilium Trid. in d. cap. 4. ibi, Vt ei competens assignetur portio ex fructibus matricis, & si necesse fuerit, Episcopus compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam. cuius etiam meminit Zerola in praxi Episcopa. 1. p. verbo Parochia §. 6. Pro quo facit quod aliàs decreuit idem Trid. sess. 24. de reformatio. cap. 13. Quòd in Parochialibus Ecclesiis,

41 quarum fructus adeò exigui sunt, vt debitum nequeant rectoribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non possit, vt primitiarum, aut decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua ei videbitur commodiori ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat, &

hoc etiam de iure diuino & naturali. Abb. in c. nouum genus n. 7. de decimis. 2. 2. quest. 87. à num. 1. in corpore. & ad 4. Couarr. lib. 1. c. 17. num. 2. & 4. vers. Quarta ratio lib. 2. variat. resolut. Turrecrema. in c. omnis Christianus, de consecratione d. 1. Siluester verbo decima 1. p. 5. quest. num. 168. Zerola vbi supra.

42 Quibus & illud vile valde non omitam, quod ab huiusmodi sacerdotis deputatione, & institutione, nec ab eius portionis assignatione appellationis interpositæ, siue per Rectorem Matricis, siue alterum, Ordinarium non deferens, violentiam dicitur commississe, quia pariter nec suspendit huiusmodi ordinationes, nec admittitur. ita expressè probat text. in d. c. ad audientiam. ibi, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem (sublato appellationis obstaculo) ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris assensu, instituas, &c. & iterum ibi in fin. Si verò persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire: tum nihilominus facias, opus ad perfectionem deduci, & virum bonum (appellationis cessante diffugio) instituire, non omitas, &c. & idem probatur in d. cap. 4. Concl. Trid. ad finem, ibi, assignetur portio, &c. nec huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis aliis derogationibus, vel suspensionibus, &c. & facit etiam d. l. 9. d. tit. 10. p. 1. ad fin. ibi, bien puedan mandar que la fagan en termino de otra, e proponer clerigo en ella que la sirua, aun que lo contradigan, e no selo presenten los clerigos de la primera, &c.)

43 Et insuper ex eo, tum quia ab assignatione congruæ Rectori, seu vicario Parochialis appellationi minimè esse deferendum diximus supra cap. 2. hac 3. parte. Tum ex eo, quia est prouidere Ecclesiæ de Rectore, in quo pariter appellatio non suspendit, ex Trid. sess. 14. de reformatio. cap. 18. & dixi latè supra 2. parte. cap. 13. à num. 167. & infra hac 3. p. cap. 9. à num. 44. & etiam probatur ex verbo d. l. parti. ibi, aun que lo contradigan, &c.) quod 45 importat appellationem non admittendam, vt diximus etiam hoc cap. supra num. 15. & 2. parte cap. 8. ante finem à num. 107.

46 An reedificans, vel reparans Ecclesiam dirutam, vel collapsam adquirat ius patro. & an quando patronus, qui illud acquisiuit in ea ex constructione tantum, si funditus sit diruta, illud amittat. & quid quando etiam propter dotationem simul, vel simpliciter illud etiam dicatur amississe, vide latè, & optimè cum pluribus prosequitur Rochus de Curte in tract. de iure patro. verbo construxit.

num.

47 num. 12. & 13. vbi etiam an ille qui primò construxit, præferatur aliis in refectione, & reparatione, & de aliis huic vtilibus quæ omitto, quia mei non est instituti. Et infra quod tempus debeat constriui Ecclesia, vel 48 Capella, quam testator construendam mandauit sine præfinitione temporis. vide ibi optimè num. 15. vbi multa in propositum adducit, & quando ex causa; puta: ex diminutione reddituum possit ab Episcopo cum consensu Capituli, fieri suppressio, & extinctio beneficii. vide latè per Nicol. Garciam de benef. tomo 2. p. 12. cap. 1. per totum. & an beneficii diuisio possit fieri, vide eundem ibi cap. 4. & quando ob tenuitatem vnio sit facienda ibi cap. 2. cum suis §§.

## CAPVT VI.

Ab eo, quod fit secundum legis, & iuris dispositionem, canonicas sanctiones, aut decreta, à iudicè que eas exequente, seu vbi ius commune resistit, aut vbi iuris, & de iure præsumptio adest: appellationi emissæ non deferendo, violentiam adesse, dicatur. vbi etiam exactè de appellationibus friuolis.

## S V M M A R I V M.

- Stultum est contra stimulum calcitrare. n. 1.
- Appellatio emissæ ab eo quod fit secundum iuris decreta, & determinationem, non suspendit. num. 2.
- A præcepto de residendo beneficium residentiam requirens, non datur appellatio. n. 3.
- A iudicè iurisdictionem exequentem non permittitur appellare. n. 4.
- Appellationem non esse admittendam ab eo, quod fit secundum iuris dispositionem & canonica decreta, qui probent. n. 5. & à n. 1.
- Resignatarius tenetur dimittere possessionem à se possessi beneficii, postquam adeptus est possessionem beneficii resignati (non obstante appellatione) cui non deferens iudex vim nullam facere declarabit Senatus. n. 6.
- Appellationi contra iuris clari dispositionem vt friuola non est deferendum. num. 7.
- Præsentatus an possit appellare, ne patronus alium intra terminum presentet accumulatiuè tantum. num. 8.
- Appellari non potest, ne fiat quod de iure fieri permittitur. n. 9.
- Ordinem suscipere necessarium beneficio compulsus possessor non appellat, quominus interim exequatur præceptum. n. 10.

Sequestrium licet regulariter sit prohibitum, tamen quando in casu particulari lex præcipit sequestrium apponendum appellatio non admittitur. n. 11.

Lex vbi aliquid fieri præcepit, iudex id faciens dicitur legis executor, à quo non est licita appellatio. n. 12.

Quia tunc potius operatur lex, quam homo, cuius est executor. ibidem.

Iuris executio non grauat. n. 13.

Canon seu lex quando in aliquo casu determinatè aliquid faciendum præcipit, (vt in exemplis appositis) non admittitur appellatio. n. 14.

Cautionem præstandam in aliquo casu particulari vbi lex determinatè præcipit, fit appellatione non obstante. n. 15.

Licet quod est fieri ante appellationem, & post illam fieri potest. n. 16.

Lex vbi præcipit aliquid fieri, iam casus censetur decisus & determinatus per sententiam legalem, quo casu à legis dispositione videtur appellare, si à iudicè vt legem exequatore appellatur. n. 17.

Appellatio à iuris dispositione & determinatione non est licita. n. 18.

Appellatio vbi non admittitur à sententia, pariter nec ab eius executor, aut executione. n. 19.

Ab executione rei iudicate, aut obligationis Cameralis, & quarentigati, appellans præsumptim antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens necessarium, quapropter non auditur. n. 20.

Appellatio à sententia legali est contraria iuri, & per consequens friuola, cui nec desertur, nec causat attentata. n. 21. & sub n. 26.

Appellationi à sententia legali ius resistit, habetque contra se iuris præsumptionem, & ideo non causat attentata. n. 22.

Appellanti à monitorio, vt intra certum tempus accedat ad recedendum, resistit ius commune, & potest Episcopus ea non obstante ad executionem procedere. n. 23.

Appellanti à correctione resistit ius, ac interim non causatur attentatum. n. 24.

Appellatione pendente interposita per Canonicum à Capitulo imponente honestam correctionem, seu etiam à correctione per ordinarium potest ad executionem deuenire, quia dicitur friuola. num. 25.

Concil. Trid. sess. 13. c. 1. ad fi. adducitur. ibidem.

Friuola dicitur appellatio interposita ab interlocutoria expressa minus legitima causa, aut à iure reprobata. n. 26.

Appellari licet à denegante beneficium concessum per ius commune, quia vbi denegatur iuris communis obseruantia, grauaamen inseritur. n. 27.

Appellatio innuitur iniustitia. n. 28.

Causa immediata appellationis est iniustitia, iniuria, & grauaamen. n. 29.

Friuola